



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Septuagesima.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

- tribuere. decisum refert praxis Episcopalis V. Hospital e vers. 10. dub.
- 29 Hospitalia merè laicalia non tenentur. DD. cum Barbos. loco cit. num. 8.
- 30 Monasteria Mendicantium non tenentur. Trid. loco cit. cap. 18.
- 31 Nimirum Dominicani, Franciscani, Eremitæ S. Augustini, Carmelitæ, Seruitæ, Societas Iesu, S. Francisci de Paula, Iesuati, Carmelitæ Discalceati. Barbos. loco citato num. 14.
- 32 Equites Sancti Joannis Hierosolymitanii sunt immunes à contributione Seminariorum. Gregor. XIII. Anno 1580.
- 33 Confraternitates, si habent redditus Ecclesiasticos, tenentur contribuere, etiam si existant intra Ecclesiæ Regulare. decisum refert Barb. loc. cit. n. 10.
- 34 Pensionarii tenentur pro rata pensionis. Garz. par. 1. cap. 5. num. 171. Monet. de Decimis cap. 9. a num. 83.
- 35 Siue Seminarium sit erectum ante reservationem Pensionum, siue post decisum refert. Garz. in addit. d. n. 171.
- 36 Non sunt magis grauanda beneficia simplicia, quam curata. Congr. Episc. 27. Octob. 1623.
- 37 Decima vero solvatur singulis annis in duobus terminis. Prou. 1.
- 38 Possunt etiam vñiri Seminario beneficia simplicia aliquot; etiam preftmonia, & praftmoniales portiones etiam ante vocationem, & referuata, seu affecta, nec impediri possunt per eorum resignationem, vñionem, & applicacionem. Trid. loco cit.
- 39 Non decernant, vt omnia simplicia vñiatur, sed aliquot; aliter nō vale vñio. decisum refert Ricc. in prax. decif. 492. T. resolut. 383. num. 4. in secunda editione.
- 40 Neovnici possunt beneficia ad collationem inferiorum spectantia, neque canoniciatus, neque iurispatronatus, etiam Ecclesiastici, nec referuata Sedi Apostolice post illorum vocationem; nec vocantia in mense referuatio per Episcopum. decisum refert Franc. Leo in Thesauro fori par. 2. cap. 16. num. 23.
- 41 Uniones factæ Seminario non subsistunt, nisi post illius erectionem, & actualem educationem puerorum. decisum refert Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 7. num. 68. Riccius resol. 380. num. 1. a Rota.
- 42 Emptio domus, aut creatio deputatorum non est electio Seminarii. Rota. 15. Aprilis 1622. apud Barbos. loc. cit. n. 24.
- 43 Uniones factæ absque consilio quatuor deputatorum non valent. Cong. Conc. 13. Ianuar. 1594. Franc. Leo in Thes. de cap. 16. num. 25.
- 44 Tenetur Episcopus adhibere in consilium, non eos sequi Gonzal. loc. cit. gloss. 46 num. 74.
- 45 Bona, quæ fuerunt applicata Collegio pro educatione puerorum mise abiliū, si Collegium sublatum sit, debent applicari Seminario. Barbos. loc. cit. n. 11.
- 46 De incertis redditibus nemo tenetur contribuere Seminario. Cong. Episc. 13. Maii 1586.
- 47 Administratio temporalis Seminarii tota spectat etiam ad quatuor deputatos; sed exactio ad solum Episcopum. Ricc. de religiis. 380. num. 3.
- 48 Cogique possunt ad solendum prædictos redditus per cesturas ecclesiasticas, & alia iuriis remedia ab Episcopo, non obstatibus quibuscumque. Trid. loco cit.
- 49 Rationes autem horum reddituum quotannis Episcopo reddantur, præsentibus quatuor, scilicet duobus à Capitulo, & duobus electis à Clero. idem ibid.
- 50 Seminario redditibus congruentibus constituto, & aucto, tantundem de exactione remittatur, pro rata parte reddituum, quos in posterum accessione beneficiorum, aliaue ratione Seminarium habere contigerit. Prou. 5.
- V. Archiepiscopus nu. 6. Fori privilegium. num. 2. Forum Episcopale. num. 57. Ministrum cura in temporibus. num. 9.

## ADDITO.

- 1 **C**lerici seminarii non sunt de corpore cathedralis Ecclesiæ, licet in ea deferuant. Cong. Rit. 1. Sep. 1607.
- 2 Comendatarius, etiam Cardinalis, tenetur contribuere seminario, decisum refert 3. Decemb. 1622. Barbos. de iure Eccl. l. 3. cap. 9. num. 53.

## Septuagesima.

- 1 **T**Empore Septuagesimæ, & sequenti proponantur exercitationes piæ contra corruptelas illius temporis. Prou. 3.

Sep. 1.